

addit Odofredus, eo ipso tacite patronum declarare se nolle libertam: voluntas enim non tantum verbis, sed etiam factis demonstratur, imò magis factis quàm verbis aliquando solet declarari.

12. Unde Conarruuias & cæteri proximè citati prius mandatum reuocari dicunt, ex secundo ad contrahendum cum alia: non enim verisimile est (vt ait Ferretus p) tractantem matrimonium cum aliqua, in priori voluntate contrahendi cum alia persistere, quia cum ad contrahendum cum secunda necessarium sit à voluntate prioris matrimonij recedere, dato mandato ad contrahendum cum secunda, renocatur primum q.

n. l. Paulus respondit, ff. rem ratam haberi.
 s. l. si tamen, §. ei qui, ff. de Edilicio edicto, l. reprehendens, vbi Decius, C. de iniuriis & libtibus, & multa congerit lafo in l. apud Iulianum, §. constat, de leg. 1. & in l. furiosum, n. 4. C. qui testam. facer. possunt.
 p. Ferretus cõf. d. n. 12.
 q. l. si quis cum procuratorio, §. si. ff. de procurator. c. pen. eod. tit.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De nuptijs metu contractis, & quando is dicatur cadere in virum constantem.

SUMMARIVM.

1. Nihil consensui tam contrarium quàm metus. Metum alium esse cadentem in virum constantem, alium in inconstantem.
2. Quinque requiri vt metus sit cadens in virum constantem, et explicantur. Inconstantis atque leuis est, rem modicam timere; & explicatur Vlpian. in l. metum, l. a. 1. de eo quod met. causa.
3. Explicantur verba eiusdem Vlp. in l. nec timorem, §.

- proinde, el. 1. de eo quod met. causa, & Prouerb. c. 28. & Ecclesiast. c. 19.
4. Non est viri constantis ac fortis quibuscunque terreri minis, & explicatur Modestinus in l. famosi, ff. ad legem Iuliam maiestatis.
 5. Inconstantis & timidi est, metuere ea quae de facili vitare potest.
 6. Exponuntur Diocletiani & Maximiani verba in l. metum, C. de ijs quae vi, & aliorum Imperatorum in l. unica, C. si quis Imperat. maledixerit, & Modestimi L. C. in l. famosi, ff. de adult.
 7. Iudicis arbitrio relinquendum, quifnam dicatur metus cadens in virum constantem.
 8. Matrimonia ex metu cadenti in virum constantem ipso iure nulla, & refertur ratio Alexandri III. in c. cum locum, de sponsal.
 9. Traditur interpretatio ad Celsum in l. si patre cogente, de ritu nupt.
 10. Spirituale matrimonium per professionem religionis metu reuerentiali contractum non impediri.
 11. Reprobatur communis relata à Couar. & intelliguntur glossa verbo patrem, in c. praesens clericus, 20. q. 3. & lex non cogitur, de ritu nuptiarum, cum alijs. Refertur & reprobatur Ioannis Ignei opinio.
 12. Contractus ex metu cadenti in virum constantem nõ vitari ipso iure, licet matrimonia nulla sint, & assignatur specialitatis ratio. Voluntas coacta quae dicatur.
 13. Matrimonia semel contracta non retractari.
 14. Traditur interpretatio ad Alex. in l. 1. C. de rescind. vend.

15. *Alia interpretatio ad Paulum in l. si mulier, §. si dos, ff. de eo quod met. causa.*
16. *Metus carceris an contractum faciat nullum, & traditur interpretatio ad l. qui in carcerem, 22. de eo quod metus causa.*

I V M nuptiis, quæ libero consensu contrahi debent (vt diximus) aliquando metus interuenire solet, quo quidem nihil consensui iam contrarium est, sequitur vt videmus quoties libertatem nuptiarum possit metus impedire. Ad cuius cognitionem animaduertendum est, eum esse duplicem; alium qui in virum constantem cadit, alium qui in inconstantem; ille timor iustus à Gregorio IX. appellatur, & consequenter hic iniustus dicitur. Item illum probabilem, hunc autem improbabilem Goffredus & alij x vocant, nec non grauis, & leuis, siue vanus, nominari solent. Et sic Caius y, *Metum* (inquit) *non vani hominis, sed qui merito & in homine constantissimo cadat, ad hoc edictum pertinere dicimus.* Et ratio est, quia prior timor non repugnat constantiæ & fortitudini, sed iuste & probabiliter vir constans terretur eo; posterior autem constantiæ & fortitudini aduersatur, & inconstantis, vani, leuisque hominis est, illo terri.

2 Vt autem metus in virum cadat constantem quinque desiderantur. Primum, vt malum, quod timeatur, sit graue. Constat ex illis Vlpiani z verbis: *Metum accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem, sed*

r l. si parte cogite, de ritu nupt.
f. nihil consensui, de reg. iur.

x c. veniens, cl. a. c. consulationi, de spōsal. c. cum dilectus, de iis quæ vi.
y Greg. IX. in c. fin. de appellatio.
z Goffredus, in Summa, tit. de iis quæ vi, a. Angelus verbo, metus, a. 1. vbi Sylluest. q. 1.

y Caius in l. metum, la. 1. ff. de eo quod met. causa.

z Vlp. in l. metum, la. 1. de eo quod met. causa, iuncta expositione gloss.

¶ Caius in d.
l. metum, l. 2.
1.
¶ Vip. in l.
de timore,
§. proinde, cl.
e. eodem tit.
¶ Proverb. c.
28.

¶ Ecclesiast.

c. 19.

¶ Turrecre-
mata in Su-
ma. §. 1. q. 1. n.

6. Sylvest.

verbo, me-
tus, q. 1. Ber-

sius conf.

72. n. 30. vo-

lum. 1. Soto

in 4. dist. 29.

q. 1. art. 2.

ver. al. eram

verò hinc.

¶ Arist. el. lib.

3. Ethic. c. 9.

¶ Modestinus

in l. fa-

mos, ff. ad

legem Iuliam

ma est glof-

sa verbo, sa-

ctationibus,

in l. metum,

§. ff. de iis

quæ vi. vbi

Baldus, Alex.

& Salicetus,

n. 1. & 1. An-

ebat. in c. ad

audientiam,

n. 2. eod. tit.

Sebastianus,

de Medicis

de casibus,

fortuitis. q.

7. n. 67. Fla-

minius de

reignat. be-

neficij, lib.

13. q. 1. n. 215.

maioris militari: alias, maioris mali, inconstantis enim atque leuis est, rem modicam timere.

¶ Secundum igitur, vt timens non vanè leuiterq; credat malum illud sibi imminere, vt ex Caio a colligitur, dum metum non vani hominis dicit, sed qui meritò in constantissimo homine cadat. Vnde Vlpianus b, *Si quis (inquit) meticulosus rem nullam frustra metuerit, per hoc edictum non restituitur.* Hoc enim inter constantem & inconstantem distat: ille namque non nisi ex forti & probabili æstimatione mouetur, hic autem ex leui. Ex quo illud Prouerbiorum c. *Fugit impius nemine persequente.* Et Ecclesiast. d. *Qui cito credit, leuis est corde.* Et docent Turrecreinata, & alij e. Hinc Aristoteles f fortem esse impavidum dicit, quia non timet leuiter, & vbi recta ratio timendum dicitur.

Tertium deinde, vt ille qui metum incurit, possit minas executioni mandare; non enim viri constantis, ac fortis est, quibuscumque terreri minis: nam (vt inquit Modestinus g) persona spectanda est an potuerit, vel saltem vt qui metum patitur, non absque ratione credat ininante adimplere posse, etiãsi verè non possit ex aliqua timentis inægnita causa.

Quartum est, vt non faciliè vim passus minis occurrere possit; si enim posset alia ratione subueniri, vt implorando alicuius auxilium, non esset timor cadens in vitum constantem, quia inconstantis & timidi est, metuere ea quæ de facili vitare potest b.

¶ Denique, vt timens non inconstantem, sed constantem

Deni

¶ Relandus conf. 83. n. 18 volum. 2. Soto de Iust. & iure, lib. 7. q. 2. art. 1. & 2. ver. laq. tamen hic pacabitur. b. atque text. in c. fin. de electione, ubi, *tempus futurum à carcere currit, ex quo in mora fuerit licentiam huiusmodi postulanda.* docent Angelus in Summa verbo, metus, n. 5. Sylvest. q. 1. Caius lib. 5. Inst. ma. io. tit. 12. n. 155.

6 Denique vltimum; vt incutiens metum fit solitus minas exequi: nam si facillimè eas iactauerit, iraque deposita nihil executioni mandare solet, non est cur timens huiusmodi metu oppressus censeatur. *Metum enim & vt Diocletianus & Maximianus i rescripserunt non iactationibus tantum vel contestationibus, sed atrocitate facti: probari conuenit.* Et, vt alij Imperatores l. ex personis hominum dicta pensemus. Quibus rectè couenit quod Modestinus in iam supra citatus asserit, *personam spectandam esse an potuerit facere, & an ante quid fecerit.*

7 Vnde Couarruias n iudicis arbitrio relinquendum asserit, quisnam dicatur metus cadere in virum constantem, quia ille arbitrabitur, an vir prudens & constans elegerit potius id agere quod timoris causa fit, quàm periculum imminens subire.

8 Igitur matrimonia, quæ metu cadenti in virum constantem fiunt, ipso iure esse nulla, ex multis iuribus o expressè constat, (vt inquit Alexander III. p) *per timorem dicat quis, sibi placere quod odit; & sequatur exitus, qui de iniuriis solet nuptijs prouenire.*

9 Et quamuis Celsus q matrimonium à filios familiaris vi aut coactione paterna contractum valere sic

osten

res, in l. vnica, C. si quis Imperat. malodixerit. n Modestinus l. C. in d. l. famosi, ad legem Iuliam maiestatis. n Covarr. 2. p. c. 3 § 4. num. 2. per glossam verbo, cruciarum, communiter receptam, in l. interpositas, C. de transactio. & glossam verbo, merum, in c. cum dilectus, de iis que vi. vbi Panormit. eam singularem & magistram dicit. Iaso in d. l. interpositas, & in §. quadrupli, num. 54. Iost. de actio. Decius in l. omnibus causis, de reg. ius. n. 7. n c. veniens, el. 2. de sponsal. c. significauis, de eo qui dicitur in matrimonium. glossa verbo, coactus, ad medium, in c. 2. de iis que vi. & in l. si mulier. 21. §. si dos, verbo, vllam esse, ff. de co. quod metus causa, atque vbi que Doctores id sentent, & dicunt esse communem opinionem Barbof. conf. 54. n. 1. o. volum. 1. Hieronym. Gratianus conf. 33. volum. 1. Parisius conf. 58. n. 16. & conf. 80. col. 1. volum. 4. Abbas in c. eundem locum, col. 3. de sponsal. p Alexand. III. in c. eim lozum, de sponsal. q Celsus in l. si patre cogente, de iur. nupt. idem asserit glossa verbo, patrem, per text. 6. in c. paterens clerici, 10. q. 3.

i Diocletianus, & Maximianus, in l. merum, C. de iis que vi, & docent ibi Bart. Bald. Paulus, Alex. & Salic. Panormit. in c. 1. n. 7. & in c. causam matrimonij, n. 5. de off. delegati, in c. cum dilectus, n. 2. de iis que vi. in c. fin. n. 4. de appellatio. Anchar. in c. ad audientiam, n. 2. de iis que vi. Felion in c. 1. de off. delegati, n. 1. vbi Decius n. 12. Crocus in l. stipulatio hoc modo coacta, n. 67. de verborum obli. Barfatus cōf. 72. n. 33. & 42. volum. 1. Mascardus, de probatio. cōf. 1055. n. 18. & 19. l. Imperato-

ostendat: *Si patre cogente ducit uxorem, quam non duceret, si sui arbitrij esset: contraxit tamen matrimonium, quod inter inuitos non contrahitur maluisse hoc videtur.* Id ta-

men procedit in metu reuerentiali; nam licet respectu reuerentiæ paternæ filius consentiat, non dicitur ob id metu consentire, quia metus reuerentialis non est cadens in virum constantem, nisi minæ & verbera præcesserint, vt probant Urbani III. r verba illa: *Dolens & inuita, minis parentum impulsâ, & significauit Iurifconsultus, nec metuere debebat ex hoc solo, quòd, mandante patre, manu sua præscripsit instrumentum,* etsi Celsi verba illa, *quòd inter inuitos non contrahitur,* ita difficillima Ioanni Igneo r videantur, vt legenda esse affirmet sine dictione, non; vt sit sensus, quòd cum matrimonium huiusmodi metu inter inuitos contractum liberum non sit, nec etiam ipso iure possit consistere, nisi nouo consensu, saltem tacito, filius ratum habeat huiusmodi matrimonium; pro quo expendit illa verba, *Maluisse hoc videtur.* Quod tamen sustineri non potest, cum illa dicitio, non, in omnibus codicibus, præsertim in Pandectis Florentinis, inueniatur. Vnde verba, *maluisse hoc videtur,* referre debent ad principalem decisionem, vt sit sensus, quòd licet inter inuitos non contrahatur matrimonium, nec possit consistere, illud tamen, patre cogente per reuerentialem metum contrahitur, validum sit, quia id maluisse videtur qui contraxit.

Ex suprâ dictis apparet, matrimonium spirituale, quod in religionis professione contrahitur, si meru

r Viban. III.
in c. ex liti-
ris, de despo-
sit. impub.
Iurifconsult. in
l. hinc inde
impetravit.
26. §. pater
Scio, ff. de pi-
gor. docet
Bart. in l. 1. §.
qui onerâs,
ff. quas re-
rum actio nõ
detur. ita in-
terpretans
glossam ibi,
verbo, bel-
lissimi, & se-
quitur com-
munis, quam
resoluit Aoz.
Gomezius a.
tom. Varia-
rũ, c. 2. n. 27.
Covar. 2. p. c.
2. §. 6. num. 4.
Menenius in
l. interpositas, n. 26. C. de
transactio.
Alex. cõf. 33.
n. 7.
r Ioã. Igneus
in l. 3. §. ele-
gante, n. 126.
ff. ad Sylla-
niam.
v. glossa fin.
in d. l. si patre
cogente, ibi,
*maluisse hoc
videtur,*
quam idem
patre cogente,
non autem
dolo, ut non
adhibetur.

metu reuerentiali fiat, non impediri: nam cum spirituale equiparetur & carnali, in quo tanta requiritur, quanta in spirituali, libertas *y*, quodque ex huiusmodi metu non fit nullum *z*, nec etiam fiet spirituale.

- 11 Vnde constat, errasse communem, quam refert Couarruias *a*, contrarium existimantem, nec intelligentem Ioannem Glossatorem *b*, qui cum intelligat Celsum *c* loqui de metu leui reuerentiali, quo carnale matrimonium contractum fuit, aperte sensit ipse de metu seu coactione graui reuerentiali, precedentibus minis & verberibus, quo non solum spirituale, vt ipse existimauit, sed & carnale matrimonium nullum fieri certissimum est, vt ex Urbano III. *d* supra probauimus. Et de huiusmodi coactione sic loquentem Terentium Clementem *e* considero: *Non cogitur filius familias uxorem ducere; nec non Imperatores Diocletianum & Maximianum f; Nec filium quidem familias inuitum ad uxorem ducendam, cogi legum disciplina permittit.* Sicq; intelligitur illa iuris regula *g*, *Velle non creditur qui obsequitur imperio patris vel domini.* Atque ita nullum discrimen in hoc constituendum inter vtrumque matrimonium, nec solo metu reuerentiali retractadam professionem defendunt Panormit. & alij *h*, licet Ioannes Igneus *i*, vtroque casu non bene probare nitatur, ex solo metu reuerentiali actum rescindendum esse.

H

de sponsalib. Felinus & Decius in cap. eandem matrimonij, de off. delegat. idemque sensit Bart. in l. 1. §. que oneranda, ff. quarum rerum actio non detur allegat. c. accedens, de conuict. conuict. Ioan. Igneus in l. 3. §. eleganter, o. 116. ff. ad S. C. Syllanian.

z c. 1. & 3. de translat. Episcopali; c. licet, 7. q. 2. y c. cum locu, de sponsal.

z c. veniens, el. 1. de sponsal.

a Couar. p. c. 3. §. 6. n. 7.

b Io. Glossat. in c. presens clericos, verbo, patre, 10. q. 3.

c Celsus in d. l. si patre cogente, de ritu nupt.

d Urban. III. in c. ex literis, de desponsat. impob.

e Terentius Clemens I. C. in l. non cogitur, de ritu nupt.

f Imperatores in l. nec filium, C. de nuptiis.

g l. velle non creditur, ff. de reg. iur.

h Panormit. in c. cum virum, de regularibus & transunt. ad relig. Romanos in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. soluc. mar.

i Ioan. Igneus in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. soluc. mar.

Præposit. in d. c. cum locum, col. 4.

l. si vi vel metu, C. de iis quæ vi. text. per arg. ab speciali in l. si mulier, a. i. §. si dos, & §. si metu coactus, ff. quod met. causa.

m l. consensu, l. obligationum substans, l. in quibuscunque de oblig. & actio. l. i. in fine. de contractibus. emp. l. i. ff. locati, l. i. mandati, l. i. §. cõventionis, ver. a. de, de pactis, l. contractibus, 4. ver. si que, de pignoris, cum aliis.

n Couar. 2. p. 4. §. 4. §. 5. & 6. & in c. quamvis pactum, t. p. §. 4. §. 5.

o D. Thom. in 4. dist. 27. q. 1. col. 3. de ibi Scotus. p. d. l. si mulier, §. metu coactus, c. l. l. si prius, 27. in prin. ff. qui de a. quibus manu. l. cap. metus, 15. q. 4.

p Iaso. in l. rem que nobis, n. 2. de acquit. poss. p. c. factis. de iis quæ vi, cap. maiores. §. item quæritur de Baptismo, docet Mantica lib. 2. de coniecturis, tit. 3. n. 2. & sequentibus. f. l. 1. de iur. nup. §. 1. iust. de patria potest. c. illud. de presump. l. 1. tit. 2. p. 4. c. aliis iuribus. p. c. quanto, & c. iustitia. & docet Speculator tit. de restitua. iure. v. c. requiritur, de sponsalium similibus.

Sed ad metum cadentem in virum constantem reuertendo, animaduerrere oportet, quòd etsi matrimonia eo contracta nulla sint ipso iure, ex defectu consensus contractus, tamen ex eo non vitari ipso iure *l*, quamuis etiam eorum substantialis causa sit consensus *m*. Cuius specialitatis ratio, ommissis aliis, quas considerant Doctores relati à Couarruua *n*, ea præcipua est, quoniam in contractibus qui patitur metum, ex duobus malis sibi propositis, veluti mortem pati, vel contractui consentire, eligit minus malum, hoc est, consentire contractui, atque ita in compulsio per metum consensus adest ad contrahendum, vt post Aristotelem resoluunt D. Thomas, & alij *o*. Vnde talis consensus apud Iurisconsultos *p* voluntas coacta dicitur: contrahens enim per metum, si credimus Iasoni *q*, habet in superficie voluntatem, licet in interiori non consentiat: quod intelligendum est in vi conditionali, secus in præcisa, vbi dicitur quis pati potius quàm agere *r*.

Matrimonia autem cum perpetuam vitæ consuetudinem inducant *s*, adeò vt semel contracta, postea retractari non possint *t*, si metu contracta valerent, tristes atque infelices exitus & sequerentur ex eis, & ideò à primitio annullari optimè fuit. Quapropter in ipsis non sufficit voluntas coacta, quæ ex metu procedit, sicut sufficiens est in cæteris con-

contractibus, in quibus supra dictas rationes cessare videmus.

- 14 Unde recipit interpretationem Alex. Imperatoris rescriptum *x*, ex quo alienatione domus per vim factam irritam esse constat: id enim intelligi debet non ipso iure sed per actionem quod metus causa: nam irritum in iure dicitur, quod ex superuenienti causa infirmatur vel rumpitur *y*, & sic verbum *irrita*, exponunt glossa & Doctores, id est irritanda secundum subiectam materiam, cui ille textus subiacet.

- 15 Unde etiam interpretatio communis ad illa verba Pauli *z*, *Si dos metu promissa sit, non puto nasci obligationem, quia est verissimum, nec talem promissionem dotis ullam esse*, scilicet speciale esse ibi promissionem dotis metu factam ipso iure vitari, specialitatisque rationes à Barbossa *a* improbantur, qui optimè eundem locum interpretatur, affirmans secundum rigorem literarum dotem ibi fuisse promissam, non expressa certa quantitate, quo casu si nihil subintelligamus, vitatur incerta promissio *b*, aut si certa quantitas sit constituenda arbitrio boni viri iuxta formam Papiniani *c*, similiter tunc vitabitur promissio, quia nullus bonus vir arbitrabitur solui ea, quæ propter metum promissa sunt *d*.

- 16 Similiter etiam, quod ex alio eiusdem Pauli *e* loco constat, metum carceris contractum fecisse nullum. Hoc quidem ex eo procedit, quod carceris detrusio fuerit iniusta, & ultra metum dolus & calliditas adfuit illius qui detrusit, ut notant Ioannes Gu-tierrez, & alij *f*.

x Alex. in l. 1. C. de re. scind. vedit. *y* §. also quod modo, Inst. quibus mod. restam. infirmant. *z* Paulus in l. si malier, §. si dos, ff. de en quod met. causa. *a* Barboss. l. p. §. Robricz n. 28. & 31. ff. solu. matr. *b* l. tititium, §. ff. de verboru oblig. *c* Papinia in Leum post, 69. §. gener. ff. de iur. dot. & Imper. in l. 3. C. de dotis promiss.

d l. 1. ff. de eo quod met. causa. *e* Paul. in l. qui in carcerem. §. ff. de eo quod met. causa.

f Ioan. Gu-tier. de iurament. confirmat. t. p. c. 57. n. 1. Oldradus, conf. 7. & facit clem. 1. de parric.

De matrimonio per iuramentum metu extortum, contracto.

S V M M A R I V M.

1. **I**uramentum metu graui extortum non esse nullum ipso iure, sed ab eo expectandam absolutionem.

Iuramentum contractui inualido adiectum, eum confirmare.

Iuramentum matrimonio metu contracto adiectum non solum non confirmare eum, sed & ipsum nullius momenti esse ipso iure.

Iuramentum sortitur naturam actus cui apponitur.

Exceptio non numerata pecunie an possit opponi contractui iurato.

Deficiente consensu in matrimonio, deficere quoque in iuramento adhibito.

2. *Traditur interpretatio ad Alex. III. in c. 2. de eo qui duxit in matrim. & passim alia iura explicantur.*

3. *Referuntur verba D. Augustini relata in c. inter cetera, 22. q. 4. & traditur vera eorum interpretatio.*

g Doctores per textum c. si vero, §. de iurciurando. & faceret Imola in c. verum, cod. tit. notantur D. Thomas & Caiet. a. 1. q. 89. art. 7. h c. debitores, c. verum, 11. ubi Doct. de iurciuram.

S I iuramentum metu graui præstitum non sit ipso iure nullum, sed ab eo (ex communi Doctorum sententia g) expectari debeat absolutio, cum obligatio sit apud Deum, qui testis intercedit h, quodque absque metu adiectum contractui inualido & prohibito, principaliter propter priuatam vtilitatem,

tem,

tem, ipsum contractum confirmare testentur Ioannes Andreas, Dominicus Francus, & alij, ut contingit in alienatione rei dotalis vel contractu minoris, matrimonium tamen non solum non validat, sed & iuramentum ad eum nullius efficitur ipso iure momenti, ut nec ab eo sit absolutio necessaria. Inam cum hoc fortiatur naturam primordiale actus cui apponitur, eiusque condiciones sequatur, adeo ut exceptionem non numeratae pecuniae opponi posse contractui etiam iurato Fortunius non asserat, quia ea exceptio non tantum contractus, sed ipsius iuramenti propria est, si adhaereat coniugio, in quo ex ipsius natura & primordio libertas consensus requiritur, ita habet illam conditionem, *si liber consensus interueniat*, sicuti ipse coniugalis contractus. Unde cum liber consensus deficiat in matrimonio metu contracto, deficit quoque in iuramento adhibito, sicque nullum est iuramentum ipso iure, nec supplere potest defectum consensus *p*.

2. Ex quo Alexander II *l. q* respondit, eum, qui post matrimonium metu contractum & iuratum aliam duxit, cum secunda valide contraxisse, cum eaque liberè permansurum in invalidato priori matrimonio; nec aliqua poena adiecta fuit pro iuramenti fractione, quia nullius erat momenti, nec relaxatione indigebat: alias enim si huiusmodi iuramentum obligaret, aliquam Ecclesia poenitentiam impone-

H 3

rio, tamque procedere iure canonico, ubi iuramenti absolute optime probat Fortunius in *l. si vnus, §. pactus ne peteret, §. de pactis*. *q* Fontanus in *l. §. pactus ne peteret, §. 15* tenet glossa verbo *tanta vis, per text. §. in c. significauit, de eo qui duxit in matrimonium*. *p* notat omnes in *c. si de procurator. in §. q* Alex. III. in *c. de eo qui duxit in matrimonium*.

i Ioan. Andr. Dominicus, & alij, in *c. quammis pactum, super glossa verbo, c. vi, de pactis in §. Baldus in c. de iureiuran. Corneus in Auth. Sacramenta pubesum, col. penult. & fin. C. si aduersus vend. & ibi sicobinus col. 1. Fortunius Garcia de *vl. sine, illar. 12. col. 6.* *t* tenet glossa verbo, *tanta vis, in c. de eo qui duxit in mari. & ibi Abbas n. 5. Iaso in l. Titia, n. 6. de verborum obli. Parisius col. 62. n. 11 & conf. 62. n. 63. volum. 41. Syluester in Summa, ver. matrimonium, §. q. 1. dicto 8. *m* *l. fin. C. de non numerat. pecunia. quam Abbas singularem putat in c. cum omnes, col. penult. de constituta***

ret, sicut pro sponsalibus iureiurando stabilitis, & per matrimonium cum alia contractum irritis, fecit; ut ex Innocentij III. & verbis huiusmodi constat: *Et imposta ei pœnitentia competentis, quia primam fidem irritam fecit.* Et expressè Cælestinus III. si iuramentorum metu extortorum violatoribus imponendam aliquam pœnitentiam (quamvis initio rem) asserit. Igitur cum in specie ab Alexandro proposita nulla imponatur pœnitentia fractori prioris iuramenti metu extorti, sed liberè permanfurum in posteriori matrimonio decernatur, apertè constat, nec ipsum obligare, nec aliqua relaxatione vel absolutione indigere.

† Innocentij
III. in c. fi-
cor, de spon-
salibus.
† Cælestinus
III. in c. ve-
rum, de iure-
iuram.

† August. re-
latus in cin-
ter cætera,
22. q. 4.

Vnde etiam intelliguntur verba Augustini, quæ de Hubaldo, qui iuravit se non ministraturum necessaria matri & fratribus, sic Seuero Mileuitano Episcopo scripsit: *Inter cætera, ut rogeras, à patre nostro Ambrosio quasi, quid tibi charissime agendum sit de Hubaldo parochiano tuo, qui captus, & timore nescis impulsus, suæ concubine iuramento firmavit ipsam in coniugem suscipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimonie unquam impendere. Quia verò, quam prius concubinam habuerat; non est peccatum in coniugem suscipere, matrimonium sit in Deo firmum & stabile. Porro iuramentum non ob hoc fuisse institutum inuenitur, ut esset vinculum iniquitatis, vel matricidij, vel fratricidij, seu cuiuscumque criminis. Nec credo Sacramentum ad hoc debere fieri, ut iniusta iuratio suorum bonorum sit iniuste iurantibus expoliatio, & accipienti aeterna damnatio. Terrius namque percutitur pœna, & velut homicida in*
extre

extremo examine à iusto iudice degrandinabitur; per quem sacrosanctum Euangelium ad iniustum & illicitum, & Deo minime amabile, quasi testimonium iusta & humana petitionis adducitur. Foueat itaque Hubaldus matrem & fratres, & luceat, si coactione & timore iuramenti aliquid defuit matri, &c. Quibus verbis non dubitatur, an matrimonium metu contractum fuerit firmum, nec de iuramenti vinculo, quo ad matrimonium, vt falso existimauere aliqui v, quorum interpretationes ad hunc locum reprobat Couarruias x. D. namque Augustinus consultus fuit de Hubaldo, qui metu coactus à consanguineis suæ concubinæ iureiurando spondit, se eam ducturum, ac negaturum necessaria alimenta matri & fratribus. Et sic duo præcipuè ibi tractantur; primum, an iuramentum metu præstitum de ducenda concubina in vxorem sit licitum: secundum, an iuramentum de non alenda matre & fratribus sit etiam iustum & honestum. Ad primum respondit Augustinus, licitum esse, & matrimonium in Deo firmum & stabile. Cuius rei ratio dubitandi insurgens ex tot flagitiis in ipsa contractus promissione commissis, & quia illa fuerat promittentis concubina, vt constat ex eisdem verbis, ibi, *Quia non est peccatum, eam quam prius in concubinam habuerat, postea in vxorem accipere.* Vnde ibi, vt optimè sensit Couarruias y, post promissionem metu factam matrimonium fuit liberè cōtractum. Et dubitabatur, an ille qui iurauit, posset matrimonium cum concubina contrahere, non an teneatur ex illa coacta promissione. Ad secundum verò huiusmo

v. glossa verbo, matrimonium, in d. c. inter cetera, & in c. 2. verbo, coactus, de iis que vi.
x Couar. 2. p. c. 3. §. 5. n. 3.

y Couar. vbi loquitur.

z. Fortunius
de vit. sine il
lat. 2. col. 8.
n. 407.
Couar. vbi
suprà Thom.
fanches 1.
com. de ma-
trim. lib. 4.
dispuc. 20. q.
3. u. 13.

iurmodi iuramentum, vtpote iniquitatem conti-
nens, siquidem ad matricidium & fratricidium, erat
interpositum nec esse licitum, nec iustum respon-
dit, hancque veram & necessariam expositionem
ad verba Augustini affirmat Fortunius z, quem se-
quuntur Couarruias, & alij a.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

De pœna in nuptijs contrahendis adiecta.

SVMMARIVM.

1. **P**œna, vtpote libertatem nuptiarum impediens, ab eis
reijcienda.
*Violans fidem sponsaliorum nullo iure tenetur soluere
pœnam.*
2. Pœnam reijciendam esse non solum cum per ipsos contra-
hentes, sed etiam quando inter eorum parentes & con-
sanguineos ea apponitur.
3. Pœna promissionem nec iureiurando firmari.
*Pœna propter publicam vtilitatem interdicta.
Reipublica interest libera esse matrimonia.*
4. Non solum pœna, que in proprio patrimonio minuendo,
sed etiam que in lucro non acquirendo consistit,
reijcienda.
5. Pœna nuptijs adiecta quando valida sit? & explicatur c.
de illis, de cond. apponit.
6. Explicatur Celsus in l. si ita stipulatus fuero, de testi, 97. §. si
tibi nupsero, de verborum obli.
7. Arrabænis promissio in nuptijs permessa, & assignatur dif-
crimi

crimini ratio inter pœna & Arrharum promissionem. Faciliores sunt homines ad promittendum, quàm ad tradendum, & referunt verba Martialis lib. 10. Epigramma. 16. in Caum.

b. c. Gemma, de sponsal. l. Titia, 134. de verborum obl. l. si. C. de sponsal. 39. tit. 11. p. 5.

SUPERIORIBVS proximum est agere de pœna quæ connubiali contractui adiici solet, quæ quidem cum liberrimum consensum in nuptiis sæpe requisitum impediatur, si illa apponatur irrita potius erit, nec vlllo modo erit nuptiis impedimento, ita ut nullo iure, nullòq; foro fidei violator cum solvere teneatur *b*, quia matrimonij libertati semper consuli oportet, ne timore soluendæ pœnæ coactè ineatur, ut huiusmodi verbis ostendunt Imperatores Leo & Anthemius *c*, cum in contrahendis nuptiis libera potestas esse debeat, & aliis similibus Gregorius IX. *d* cum itaque libera matrimonia esse debeant, &c.

c. Imperatoris in d. l. si. C. de sponsal. d. Greg. IX. in d. c. Gemma, eod. tit. e. probat. tit. 10. d. c. Gemma, dam, ver. pœna à parentibus sponsorum constituta annullatur, & ita tenet glossa verbo, matrimonia, in d. l. Titia, in prin. de verborum, oblig. vbi Bar. nu. 1. Imola n. 4. lafo 12. Alciatus 10. Ioan. And. in d. c. Gemma, nu. 1. & 9. & ver. Hostiensis Abbas n. 9. Prapositiones, nu. 7. Benedictus in c. Raynarius, verbo, qui carnalis, nu. 98. de testamentis. Conarr. 2. p. c. 3. §. 7. n. 5. Greg. in l. 39. verbo, quinam, tit. 11. p. 5.

2 Quod verissimum est non solum dum per ipsos contrahentes pœna apponitur, sed etiam quando inter parentes, vel eos qui ipsos sponsores ita iure sanguinis attingunt, ut vero simile sit eos ad matrimonium induci, ne pœnam consanguinei solvant *e*.

3 Quinimò nec iureiuratio huiusmodi pœnæ promissionem firmari, magis vera & probabilis est sententia, cum talis promissio, si credimus Iasoni *f*, propter publicam utilitatem interdicitur, quæ privatorum pactioibus derogari non potest *g*, & Rei-

I

Martensio in Rubr. tit. 2. lib. 5. recopit. glossa 2. num. 2. Accosodo in l. 1. n. 3. eodem tit. Titia, in prin. n. 17. in fine, de verb. oblig. *g* c. si diligenti, de foro compet. l. iustitiam, §. si pacifear, de pactis.

publicæ maximè interfit, libera esse matrimonia, ne ex coactis iurgia, dissentiones, mala liberorum educatio, & pessimi exitus sequantur? Quod optimè Lucius III. h. paucis his verbis significauit: *Cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.*

h. Locius III. in c. requisit. de sponsal.

Et habet locum suprâ dictum axioma non solum in pœna, quæ in proprio patrimonio minuendo consistit, sed etiam in lucro non acquirendo, veluti, *Promitto tibi centum, si mecum contraxeris matrimonium*, quia libidinis intuitu præsumitur, promittentem inducere alterum ad matrimonium.

l. si ita stipularus fuero, te sisti, §. 7. si tibi nupsero, de verb. oblig. & docet ibi Barr. Abbas, Anchar. & Præpositus, in d. c. Gema, de sponsal. n. 7. & 9. Coparnias d. c. 3. §. 3. n. 2. l. Couar. vbi proximi. m. c. de illis, de condit. apposit.

n. c. si. eod. tit. o. Celsus in l. si ita stipularus fuero, te sisti, §. si tibi nupsero, de verb. oblig. p. Panor. Præpositus, & Couar. vbi supr. Imola in d. l. Titia, n. 4. de verborum oblig. Ioan. Lupus in c. per veritas, de donat. inter vir. & vxor. notabil. l. §. 1. n. 1. & 2.

Vnde si cesset turpitudinis præsumptio, erit valida huiusmodi pœnæ promissio; vt si vir promittat fœminæ secum ea contracturum, si centum ipsa ei dederit, quia intelligitur dotis causa: in dubio enim (vt inquit Conarruias h) libidinis causa præsumenda non est. Sed si vir vxori promittat, non est cur non præsumatur causa libidinis, nisi vir ignobilior aut senior sit, & ita in iuuentutis aut nobilitatis compensationem promittat. Sicq; in iure nostro expressè videmus illam conditionem, *Contraham tecum, si certam quantitatem donaueris*, suspendere sponsalia, ita vt si nō adimpleatur, minime obligare possit; quod sanè procedit ex eo quod iusta subsit promittendi causa: aliàs enim ex notissimis iuris regulis n̄ reicienda foret.

Ex quo denegandam actionem ex illa stipulatione, *si tibi nupsero decem dare spondes*, Celsus o respondit, quia conditio fuit reprobata ex defectu iustæ causæ, vt docent Panorin. & alij p.

Diuer

7 Diuersum autem in arhis obseruari conuenit, quæ quidem in nuptiis ita permittuntur apponi, ut per sponsaliorum fidei violatorem amittantur. Cuius disparitatis ratio, ex iis quæ à nostris iuris Professoribus solent assignari, ea in frequentioremsum recepta & magis probata est, quòd cum non statim pœna tradatur, sed in futurum promittatur, facilius & minus cautè in magna quantitate eius promissio fit, quod non procedit in arhis, quæ cum re ipsa statim & in ipsa sponsaliorum contractione tradi debeant, in minori quantitate & cum consilio maturiori earum traditio fit, nec tantus suberit timor amittendi arhas seu donationes propter nuptias iam traditas, quantus soluendi pœnam promissam: faciliores enim sunt homines ad promittendum, quàm ad tradendum. Ut Caij facilitatem in promittendo sic Poëta Hispanus r iocari potuerit:

*Si donare uocas promittere, nec dare, Cai,
Vincam te donis, muneribusque meis.*

Accipe Callaicis quicquid fodit Astur in aruis,

Aurea quidquid habet diuitis vnda Tazi.

Quidquid Erythraea niger inuenit Indus in alga,

Quidquid & in nudis vnica seruat auis.

Quidquid Agenoreo Tyros improba cogit aëno,

Quidquid habent omnes, accipe, quomodo das.

Vnde in Prouerbiu abijt, Facile est, alienis promissis ditescere. Et facilius solutum amittere, quàm denuò soluere. Et sic grauior in pœnæ solutione, quàm in arharum amissione timor consideratur, qua ratione hæ permittuntur, illa autem prohibetur.

¶ l. arhis.
l. 50. C. de
sponsal. l. 1.
tit. 1. p. 4. l.
24. tit. 18.
P. 3.

¶ Martialis
lib. 10. epi-
gram. 16.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

De conditionibus aduersùs substantiam connubialis contractus.

SYMMARIVM.

1. **M**atrimonij substantiam in consensu ad coniugalem societatem consistere remissuè.
Conditiones aduersùs tria bona matrimonij, ipsum vitare.
2. *An huiusmodi conditiones, de presenti vel præterito vitiet matrimonium.*
Conditio de presenti vel præterito, non est propriè conditio.
3. *Modum aduersùs coniugij substantiam ipsum contractum vitare remissuè.*
4. *Matrimonium, cui adijcitur conditio actus substantia, vel tribus bonis contraria, nullam vim habet etiam sequuta copula.*
Quando censeatur à conditione recessum per copulam subsequutam.
5. *Conditiones aduersùs bona prolis & vinculi licèt honeste sint, matrimonium vitiant remissuè.*
Matrimonium inter sacratissimam virginem Mariam & Ioseph cum voto continentia perpetue validum & perfectum.
6. *Votum castitatis vel religionis in initio contractus connubialis, ipsum vitare, secus quando contingit post contractum matrimonium.*

7. In

7. *Intellectus ad glossam fin. in c. de infidelibus, de consanguinit. & affinitate.*
8. *Conditionem contractibus adiectam contra eorum substantiam reiiciendam, actuque valere, & traditur interpretatio ad Celsum in l. cum precario aliquid, 12. ff. de precario.*
Pactum ne possit precarium quodocunque reuocare, esse contra precarii substantiam.
Conditio aduersus substantiam contractus initio actus resistens, ipsam annullat, secus quando non repugnat in initio.
9. *Conditionem habendi proprium in monasterio annullare professionem.*
10. *Conditio manendi domi cum omni substantia non vitiat professionem & explicatur c. fin. qui clerici vel uouent. & c.*
11. *Intellectus ad c. Diaconi, 28. distinct.*
12. *Consecrationem & dotis constitutionem Ecclesie factam, sub conditione, qua Episcopum ab eius cura excluderet, valere sublata conditione.*

I V M omnis matrimonij substantia consistat in consensu ad societatem conjugalem (vt late diximus) sub quo tacite includitur, ad perpetuam vtriusque coniugis societatem & ad fidem mutuam sibi seruandam, prolemque suscipiendam, quæ tria sunt matrimonij bona s; conditiones his aduersantes totam matrimonij substantiam destruere, ipsumque contractum vitare his verbis Gregor. IX. & ostendit. apposit.

sc. omne, 27. q. 2. & Greg. IX. in c. fin. de condit. apposit.

dit: *Si conditiones contra substantiam coniugij inferantur, putà si alter dicat alteri: Contraho tecum, si generationem proles cutes, vel donec inueniam aliam honore & facultatibus ditiozem: aut si pro quaestu adulterandam te tradas, matrimonialis contractus, quantumcunque sit fauorabilis, caret effectu. Et Augustinus v: (Ceterum inquit) si vel utrumque, vel vnum horum desit, non inuenio quemadmodum has nuptias appellare possimus: etenim si aliquam sibi vir ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam vel honoribus vel facultatibus suis inueniat, quam comparem ducat, animo ipso adulter est, nec cum illa, quam cupit inuenire, sed cum ista, cum qua se cubat, ut cum ea non habeat maritale consortium. Necnon Eliphonsus IX. x Rex Castellæ conduit sic: Si alguna destas condiciones fue puesta, non vale nada el desposorio nin el casamiento enque la pusieren.*

v D. August. lib. de bono coniugali, c. 5. x Eliphonsus IX. Rex Castellæ, in l. 5. tit. 4. p. 4. y Vlp. in l. institutio talis, de condit. insti. & facit lex cum ad præsens, si certum pet. gloffa in l. si hic, §. 1. verbo, demonstratione, de leg. 1. docent Socius, Iaso, & Decius in d. l. cum ad præsens, & quos refert Thom. Sanchez de matrim. 1. tom. lib. 5. disp. 9. n. 9. x Palud. in 4. dist. 29. q. 2. art. 3. reiatas à Syluest. ver. matrimonium 3. §. fin. & notat Decius in Authent. ingressi, C. de SSS. n. 13. & probatur in l. per seruum, de vi & habitac.

Verificatur autem hæc conclusio in conditionibus de futuro tam actus suspensiuus quàm resolutiuus: nam si de præsentis vel præteriti aliqua nuptiis adiceretur conditio, valeret, eaque verificata existerent quoque nuptiæ, deficiente verò, & ipsæ non sustinerentur, quia huiusmodi conditio nec actum suspendit, nec propriè, ut testatur Vlpianus, conditio est.

Nec tantùm conditionem, sed & modum conubio adiectum aduersus ipsius substantiam, contractum vitare docent Paludanus, & alij: modus enim contractui inest cui adicitur; nec pactum à contractu separatum inducit.

Nec refert, ut supra dicta procedant, an copula
suble

subsequatur quando matrimonium contrahitur, adiecta cōditione actus substantiæ vel tribus bonis contraria, quia nec tunc valet actus, nec vim sponsaliorum habet, nec coitus potens est ad inducendam matrimonij præsumptionem, vt docet communis *a*, quam Adrianus *b* probat: nam licet sequuta copula censeatur à conditione recessum *c*, hoc fit quando actus valuit incondicionalis.

- 5 Sed licet conditiones, quæ aduersus bona proliis & vinculi adiiciuntur, etiam si honestæ sint (veluti perpetuæ castitatis, & continentiæ, vel religionis) ipsum contractum vitient, (vt testatur Couar. *d*) qui Paludanum contrarium existimantem ex eo reprobatur, quòd conditio castitatis vel perpetuæ continentiæ, licet honesta sit, cum tamen coniugij substantiæ aduersetur, quæ in consensu saltem tacito ad carnalem copulam, & in explicito ad cohabitationem coniugalem consistit, huiusmodi conditionis adiectio consensui ipsi repugnat, quia in pactum deducitur isthæc cōtinentia *e*, matrimonium tamen inter sacratissimam Virginem Mariam & Ioseph, cum voto continentiæ perpetuæ contractum, fuit validum, perfectum; & perpetuum; iuxta illud Augustini *f*: *Propter quod fidele coniugium parentes Christi vocari ambo meruerunt, non solum illa mater, verum etiam ille pater eius, sicut coniux matris eius, vtrumque mente, non carne.* Non enim sanctissima Virgo castitatem in conuentionem deduxit tempore coniugij (quamuis diuinitus certa esset Ioseph in eodem esse castitatis & continentiæ proposito) sed simpli-

a communis in d. c. fin. de condit. appo. fit.

b Adrian. in 4. de matrim. q. 5.

c c. de illis, c. per rnas, c. super eo. de cond. appo. fit.

d Couar. c. 3. §. 1. n. 3.

e Abbas in c. commissum, de sponsal. D. Thom. in 4. dist. 18. q. fin. in fine. Adrian. q. 6. de matrim. Syncl. ver. matrimonii, 4. q. 6.

f D. August. de nuptis & concupiscentia, lib. 1. c. 18.

citer matrimonium contraxit. Et licet certissimum sit, antea vouisse virginitatem, consensus tamen in conjugalem cohabitationem, & implicitè in omnia ea quæ ad matrimonium spectant, nec ex hoc sequitur Virginitatem sacratissimam in carnalem copulam expressè consensisse: id enim virginitati repugnaret; implicitè tamen consensus non in actum copule, sed in potentiam, quem quidem consensum minimè esse contrarium virginitati satis ex D. Augustini & aliorum locis g constat.

Quo fit, ut licet votum castitatis vel religionis 6 in initio contractus ipsum vitiet b, si tamen contracto iam matrimonio contingat, ex utriusque conjugis consensu minimè illud annullat, & sic post conjugium contractum poterunt expressè coniuges continentiam vel religionem vouere i, nec ex hoc irritum matrimonium fiet, licet à principio huiusmodi votum nec in pactum deduci, nec explicari possit, utpote contrarium ipsi actui contractus.

Vnde recepta est à D. Thoma & Couarruua opinio 7 Bernardi Glossatoris m, asserentis etiam inter Paganos pactum de mittendo libello repudij irritum facere conjugalem contractum, ex eo quod cum aduersetur vinculo perpetuæ communitatis & societatis, etiam inter Paganos libellus repudij nullo modo permittebatur, quamuis Abbas & Præpositus n contrarium teneant.

Sed licet hæc circa matrimonialem contractum 8 procedant, in cæteris contractibus locum non habebunt; sed quoties eis aliqua adiicitur conditio, actus

g D. August. relatus in c. Beata, 27. q. 2. D. Thom. in 4. dist. 30. q. 1. art. 2. h c. 1. c. rufus, qui clerici vel vouet. ic. quod Deo pact, 33. q. 5. D. August. in epistolas ad Edictum, & vocat glossa, Abbas, & alij in c. rna nos, de iuricuran. Idem Abbas in c. 1. de co- uent. conu- gat. & in c. veniens, de regulacibus. i D. Thom. in 4. dist. 39. q. 1. art. 3. ad 3. Couar. 15. p. c. 3. §. 1. n. 3. m Bernard. glossa fin. in c. de infideli- bus, de con- sanguinit. & affinitate. n Abbas & Præpositus in d. c. de in- fidelibus.

actus substantiæ repugnans tollitur, sublataq; sustinetur actus, vt eleganter Celsus o docet, dum ex pacto, ne possit precarium quoadocunque reuocari, ipsum non viciari respondit: & tamen huiusmodi pactum contra precarij substantiam esse constat p. Cuius discriminis rationem tradit Couarruias q, scilicet conditionem contra substantiam actus tunc actum annullare, cum resistit in illius initio, quia repugnat conditio illi qualitati, sine qua actus initium capere non potest; vcluti si repugnet consensui ad matrimonium requisito, sine quo initium capere nequit ipsum, vel bonis eius: nam tunc conditio huic qualitati repugnans viciat ipsum actum r, at conditio, ne possit precarium quoadocunque reuocari, non repugnat actus initio, quia ex ea non tollitur consensus necessarius ad contractum precarij, sed est contra quandam actus qualitatem, & sic ea reiecta actus sustinetur, vt contingit in testamento facto cum pacto vel clausula non reuocandi: nam reiecto pacto, sustinetur testamentum, quia non est contraria actus initio, cum minimè repugnet consensui, qui ad testamenti valorem desideratur, sed cuidam eius qualitati, cuius hoc proprium est, vt mutari rescindi que liberè valeat à testatore f.

- 9 Ex quibus inferitur, ad matrimonium spirituale, quod per religionis professionem contrahitur, conditionem habendi proprium in monasterio, ex communi opinione r, à Bartolo, & aliis r sequuta, an-

K

col. 2. & 3. Decius in Authent. ingressi, num 22. C. de SSS. Adrianus in 4. de matrim. per tractum à contrario sensu in e. dudum, & conuers. coniug. v. Bart. conf. 3. volum. 1. col. penult. Alciat. ind. 3. sed si mihi, m. 2. Couar. d. c. 3. §. 1. n. 18.

o Celsus in l. cum precario aliquod, 22 ff. de precario.
p e. h. de precariis.
q Couar. d. c. 3. §. 1. nu 22. sequitur Tho. Sánchez de matrim. rom. lib. 5. disputat. 9. n. 74.
r l. obligationum substantia, de obli. & actio. l. Diuus, §. ceterum, de testam. milir. f. l. si quis in principio testamenti, de leg. 3. l. nemo potest de leg. 2.
r Commun. secundum glossam 1. in c. h. de cond. apposit. & in c. 2. verbo, administratioem penultimam, de statu monachorum & in l. per seruum, §. 1. verbo, inutile, de v. s. & habitat. Calderinus, Cardinalis, & Abbas in d. c. si. Arcelius in l. 1. §. sed si mihi, de verborum obl.

per tractum à

Alciat. ind.

x c. cum ad
monasteriu,
in fine. de
statu mona-
chorum.

y Innocentius
III. in c. fi.
qui clerici
vel vauent.

z Sic intelli-
gitur glossa
in Aurbear.
ingressi, C. de
SSS. & in c.

solet. 31. q. 2.
a Constitutio

Ancyranæ
Synodus, ca.
10. aliar, 9.
relata in c.
diaconi, 28.
dist.

b Panor. in c.
requisiti,
col. penul. de
testam. & in
c. nobis, de
iure patron.

& post Inno-
centium in c.
in Lateranæ-
si, de præbèd.
Belin. in c.

cum venera-
bilis, n. 35. de
except. hanc,
in l. quoties,
f. fin. ff. de
admin. tutor.

c Toleran.
Conc. III.
c. 19. referunt
in c. 1. q. 1.

vbi notat
glossa.
d Panorm. &
ceteri in c.
si de cond.
apposuit.

nullare professionem, quia est contra illius substan-
tiam a, utpote paupertatis voto repugnans.

Vnde etiam conditio manendi domi cum omni
substantia, de qua Innocentius III. y non vitiat
professionem, quia non est contraria eius substan-
tia: si quidem quo ad vsu, non quo ad proprietatem
proficiens bona iam acquisita retinere inten-
dit z.

Deducitur etiam intellectus ad constitutionem II
Ancyranæ Synodus a, dum valere sacrum ordinem
alicui collatum reiecta protestatione, seu illa condi-
tione, ut possit uxorem ducere; quinimò, etsi ordina-
tus matrimonium contraxerit, non vitari ordinem
constituit; quæ quidem ex eo procedit quòd hu-
iusmodi conditio non sit contra sacri ordinis sub-
stantiam, sed contra Ecclesiæ præceptum, cum iu-
re diuino nõ teneatur sacro ordine præditus à con-
iugio se abstinere, sed ex Ecclesiæ constitutione, &
iure positiuo.

Hacq; ratione Ecclesiæ consecrationem, dotisq; 12
constitutionem valere dicunt Panormitan. & alij b,
sublata condicione, quæ Episcopum ab eius cura
excluderet, quod satis constat ex Tolerano Conci-
lio c, quia prædicta conditio actus substantiæ non
repugnat, quamuis iis refragetur quæ à iure circa il-
lius condiciones statuta sunt d.

CAPVT

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

De impossibili conditione.

S.VMMARIVM.

1. **C**onditio impossibilis ex sua natura dissensum indicat.
 Condicio natura impossibilis, favore matrimonij reijcitur ab Ecclesia, sicut favore vltimæ voluntatis à iure.
 Purè censentur cõtrahere qui sub impossibili conditione, quam sciunt ab Ecclesia reijci, matrimonia contrahunt.
2. Conditio possibilis à natura, ex accidenti tamen impossibilis, non reijcitur à matrimonio.
3. Conditio impossibilis ex accidenti an reijciatur ab vltimis voluntatibus, & referuntur verba Iuliani & aliorum Iuriconsultorum, & explicantur.
4. Responfa Iuliani & Alfeni ad matrimonium extendenda.
5. Conditiones iure impossibiles à matrimonio reijciende, sicut ab vltimis voluntatibus.
 Impossibile dicitur quod de iure fieri non potest.
6. Verus intellectus ad Clementinam vnicam, de consanguinit. & affinit.
7. Conditiones impossibiles de facto an reijciantur à matrimonio, & approbatur Gregorij Imperij distinctio.
8. Traditur vera interpretatio & lectio ex Pandectis Florentinis ad Paulum in l. cum hæres, 4. §. 1. de statu liberis, & ad Pomponium in l. fin. de manumiss. testam.

Conditio, si millies dederit, non impossibilis, sed valde difficilis & penè impossibilis.

Conditio, si mille dederit, non est valde difficilis.

Millies idem quod millio, id est, decies centena millia nummorum.

9. *Non idem seruatur in contractibus, quod in matrimonijs, & ultimis voluntatibus, quoad conditiones impossibiles eis appositae, & traditur discriminis ratio, & num. seq.*

Contractus per metum non vitiantur, nec poena ab eis reiicienda, secus in matrimonio remissuè.

Ecclesia reiiciendo conditiones impossibiles à matrimonio consensum purum in contrahentibus declarat.

10. *Conditiones impossibiles ab ultimis voluntatibus reiicienda & traditur discriminis ratio inter ultimas voluntates & contractus.*

Nihil calamitosius & miserius homini accidere posse, quàm sine herede decedere.

Impossibilem conditionem in ultimis voluntatibus mendum appellari à Iurisconsultis, & traditur vera lectio ex Pandectis Florentinis ad Vlp. in l. 1. de condit. institut.

Conditio impossibilis in ultimis voluntatibus ex errore scribendis praesumitur adiecta, in contractibus autem ludendi & iocandi causa.



HTSI conditio impossibilis cōiugali contractui adiecta ex sua natura dissensum potius quàm consensum indicet, cùm sit ipse relatus in conditionis euentum, & sic magis annul

annullare matrimonium, quàm firmare videretur, cum tamen coniugij favore & intuitu, reüciat Ecclesia e huiusmodi conditionem, sicut etiam vltimæ voluntatis favore excluditur ipsa à inter se, si hoc contrahentes nouerint, nec aliter animum suum explicent, purè censentur contrahere, & secundùm Ecclesiæ intentionem, quæ consensum purum & absolutum esse præsumit g.

- 2 Sanè hoc in conditionibus à natura impossibilibus: nam secus dicendum erit in naturaliter possibilibus, ex accidenti tamen impossibilibus, vel lapsu temporis, cum prætetitum redire non possit: tunc enim vel valet matrimonium, vel irritum fit ex euentu conditionis h; veluti si quis cum fœmina contrahat sub conditione, *Si pater eius viuit*: nam quamuis morte patris præcedente impossibilis sit conditio vitæ, quia tamen id contingit ex accidenti, vel ex transcurso præteriti, quod redire minimè potest, & de sui ipsius natura vita patris erat possibilis, non reijcitur hæc conditio, sed vel statim valet, vel est nullum matrimonium, vt uocant Aretinus, & Syluester i.

- 3 In hocque matrimonium ab vltima voluntate differre quibusdam placuit, quia in vltimis voluntatibus conditiones ex accidenti impossibiles reijciuntur. Quod ipsi probare nituntur ex Iuliano hæc verba proferente: *In testamento sic erat scriptum: Lucio Titio, si is heredi meo tabellas, quibus ei pecuniam expromisseram, dederit, centum dato. Titius deinde antequàm tabel-*

K 3

i Iulianus in Labomalibus, §. in testamento, de legatis primo.

e e. fin. de cõdit. appoic. cui consonat l. 3. tit. 4. p. 6. f. l. r. & ibi Bart. l. 6. quis ita institutus, c. l. mulier, 20. de condit. inst. l. 6. Mxula, 45. de heredi- bus institutis l. 6. mibi, & cibi, 11. §. 1. l. ab omnibus, 104. §. in testamento, de legatis primo l. qui doctem, 13. de dote prælogata. l. obtinuit, 3. de cõditionibus & demonstrationibus. g d. c. fin. de condit. appoic. tenet Paulod. in 4. dist. 19. q. 2. in fine, Couar. 1. p. c. 3. §. 1. n. 1. Greg. Lopez in l. 6. verbo, *maris de ore*, ad finem, tit. 4. p. 4. h sic Adrianus, in 4. de matrim. q. 6. Caietan. in sacramentali q. 49. de matrim. conclus. 4. i Aretinus conf. 82. col. penult. Syluester ver. matrimonii, 3. q. 2.

has heredi redderet, decesserat; quaesitum est, an heredi eius legatum deberetur? Cassius respondit, si tabulae fuissent, non deberi, quia, non redditis his, dies legati non cessit. Iulianus notat: Si testamenti facienda tempore tabulae nulla fuerunt, una ratione dici potest, legatum Titio deberi, quod huiusmodi conditio pro non scripta habetur. Item ex Alfeno m, qui sic loquitur: Si Mania mater mea, & Fulvia filia mea viuent, tunc mihi Lucius Titius heres esto, Seruius respondit, si testator filiam numquam habuerit, mater autem superuixisset, tamen Titium heredem fore, quia id quod impossibile in testamento scriptum esset, nullam vim haberet. Quibus in locis supra dictae opinioni minimè fauetur, cum in conditionibus etiam natura impossibilibus non ex accidente, nec ex facto praeterito ipsi Iurisperiti loquantur, & Accursius n intellexerit, teneantque Couarruias & Thomas Sánchez o: nam quantum possibile sit testamenti faciendi tempore tabulae extitisse, impossibile tamen est & fuit, illas existere quae nunquam fuerunt. Item etsi aliquē habuisse filiam possibile sit, fuit etiam impossibile eam viuere, quae in rerum natura edita nunquam fuisset.

Quo fit, ut ea consultorum responsa etiam ad 4
matrimonium deduci possint, ut si cum aliqua femina contrahatur sub illa conditione, Si uiuit tua filia, vel, si tabulas, quibus tibi pecuniam promiseram, heredi meo dederis, validum sit matrimonium ea conditione, ut impossibile, reiecta, casu quo nunquam filia nec tabulae in rerum natura fuerunt; sicut etiam a legato reiicitur p.

Item quemadmodum conditiones, quae iure sunt

m Alfeno. in l. si Mania, de hered. in ius.

w Accurs. in d. l. si Mania, verbo, impossibile.
* Couar. d. c. 3. §. 1. n. 3.
Thom. Sánchez de matrim. tom. 1. lib. 5. disp. 4. n. 18.

p d. l. si Mania, & d. §. in testamento.

sunt impossibiles, ab vltimis voluntatibus reiciuntur, iisque sublati testamentum vires obtinet q, ita à connubiis expellendæ sunt, veluti, *Contraha tecum, si inter consanguineos intra quartum gradum potest matrimonium contrahi*; vel, *si filius potest sine causa à patre exheredari*; nam cum id possimus, quod de iure possumus, impossibile dicitur quod de iure fieri non potest, quia hæc conditio (vt rectè probat Adrianus ζ) refertur ad ius præsens, quo iure id est impossibile.

- 6 Ex quo intelligenda venit Clementis V. ϵ decisio, quæ dum consanguineis intra quartum gradum matrimonium contrahentibus ipso facto pœnam excommunicationis irrogat, extendenda etiam est ad casum, quo sub illa conditione contrahatur, scilicet *inter consanguineos contrahere*, dummodò contrahentes nouerint eam esse impossibilem de iure, velintque contrahere secundùm iuris dispositionem, quæ dictam conditionem reicit: ea namquæ reiecta, habetur pro matrimonio purè & absolute contracto. Sed si in euentum conditionis, quam sciunt impossibilem, & non aliàs, vellent contrahere, Clementinæ pœnam minimè incurrunt, cum absit eis voluntas contrahendi de facto & (vt sentiunt Couarruias, & alij ν) Clemens puniri tantùm intendat voluntatem contrahendi de facto, vbi ius resistit, ob consanguinitatis vel affinitatis impedimentum.

- 7 His proximum est controuertit ab vtriusque iuris Professoribus, an etiam reiciantur à matrimo-

q. 1. 1. de condit. inst. l. cõ-
tinuus, §.
cũ quis, de
verborum
obli. §. im-
possibile,
inst. de hæ-
red. inst. &
docet Barr.
in d. l. 1. n. 5.
& 6. Imola
n. 11. Molina
lib. 2. de Hi-
spanor. prim-
ogeniis c.
2. n. 16. Co-
uar. d. c. 1. §. 2.
n. 7. Adria-
nus in 4. q. 3.
de matrim.
dubio 11.
Greg. Lopez
in d. l. 6. ver-
bo, *monstru-
osus*, tit. 4. p. 4.
r. nepos Pro-
colo, de ver-
borũ signific.
Adrianus in
4. de matrim.
q. 11.
r. Clem. vni-
ca, de consan-
guinit. & af-
finic.
v. Couar. d. c.
1. §. 2. com. 8.
Adrianus in
4. de matrim.
q. 3. dubio
10. ad finem,
& dubio 11.
io solut. Le-
desma de ma-
trim. q. 47.
ar. 5. triplici
col. ante fi-
nem, §. in hu-
ius rei expo-
sitionem, &
sequenti.

nio

nio conditiones quæ tantùm de facto sunt impossibiles. Et quamuis vtriusque opinionis sint multi Auctores, nihilominus placet magis Gregorij Lupetij α distinctio; scilicet, conditionem aut esse impossibilem de facto, respectu illius tantùm personæ cui implenda proponitur, & non etiam respectu aliorum, vt si apponatur pauperi conditio talis, *Contraho tecum, si dederis centum mille in dotem*, quæ cum alio possit impleri auxilio non reiicitur, sed actum ita suspendit, vt ea adimpleta, & ipse sustineatur, deficiente verò annulletur, quia hæc impossibilitas difficultas à Iuriconsultis γ appellatur. Aut esse impossibilem aliorum etiam respectu, vt, *si dederis montem aureum artificialem*: nam etsi multis autem congregatis construi posset, quia tamen id difficilè fieret, nec esset possibile de facto alicui personæ, reiicitur, vtpote impossibilis, huiusmodi conditio.

Vnde deducitur vera interpretatio ad Pauli re- 8
sponsum α , quo dispositio libertatis seruo relicte sub ea conditione, *si heredi milies dederit*, vitatur, & non conditio, quia hæc non erat impossibilis, sed valdè difficilis, vel (vt inquit idem Paulus) penè impossibilis, quia constat à testatore seruo adiectam, ne vtriquàm seruus liber esset, vt ipse ostendit ibi, *quia nec animus dande libertatis est*. Et in eadem specie Pomponius α , *Cum testator impedienda magis quàm danda libertatis gratia ita scripisse intelligitur*. Et sic Paulum legendum esse *milies*, & non *mille*, ex Pandectarum Florentinarum fide, & Antonij Augustini lectione affirmo. Conditio namque illa, *si mille dederit*, non
vicia

α Greg. Lupet. in l. 6. verbo, monte de 009, tit. 4 p. 4.

γ l. cōtinuus, 337. §. illud, de verbor. obli.

α Pam. l. C. in l. cum heres, §. de statu liberis.

α Pomponius in l. n. de manumissac. l. am.

vitaret dispositionem, quia non ita difficilis est, ut penè impossibilis reputetur, cum facillè posset adimpleri, si seruus peculium haberet, aut patrè, vel cognatos, qui possent pro eo conditionem adimplere, ut ex quodam Ulpiani *b* loco colligitur. Verbo autem millies, is numerus significatur qui vulgò *millia* dicitur, id est, decies centena millia nummorum, quod penè ditissimi liberi hominis patrimonium est; ut sic Valerius Martialis:

b Ulp. in l. feus quoque, 4. §. puro, de hered. instit.

Valer. Martialis lib. 1. Epigramma. 104. ad Scaeuolam.

Si dederint superi decies tibi millia centum,

Dicebas nondum Scauola factus eques:

Qualiter è viuam, quàm largè quàmque beatè?

Riserunt faciles, & tribuere dii,

Sordidior multò post hoc toga penula peior:

Calceus est sarta terque quaterque cute:

Deque decem plures semper seruantur oliuae,

Explicat è cænas vnica mensa duas:

Et Veientani bibitur sex crassa rubelli:

Asse cicer tepidum constat, & asse Venus.

In ius, è fallax, atque inficiator, eamus:

Aut viue, aut decies Scauola redde deis.

- 9 Nec idem quod in matrimonio & vltima voluntate disposirum est circa conditiones, tam per naturam quàm iure & facto impossibiles, in contractibus obseruatur: hi enim vitiantur, quoties sub impossibili conditione iniiri fuerint: nam etsi conjugalis contractus maiorem consensus libertatem desideret, quàm cæteri contractus, quos nec metus irritos facit, nec pœna ab ipsis excluditur, cum ille per metum vitietur, nec pœnæ adiectionem vn-

c Impossibilis, 7. de verb. oblig. non solùm, 30. de obl. & actio. §. impossibilis, Instit. de ino. il. stipulat. l. 3. tit. 4. p. 4.

quàm admittat, vt suprà ostendimus, ex huiusmodique conditionum natura dissensus potiùs quàm consensus arguatur: & sic magis vitiat matrimonium, quàm cæteri contractus videretur, cum tamen Ecclesiæ constitutio eas à matrimonio reiciat, manifestè indicat consensum non supplendo, sed declarando cum esse purum & absolutum in contrahentibus conditionis impossibilitatem, & eius exclusionem non ignorantibus. At in cæteris contractibus, cum ius non excludat eam conditionem, ipsius adiectio dissensum indicat, & spontaneam ac liberam voluntatem tollit. Cuius discriminis ratio est fauor matrimonij, pro quo præsumit Ecclesia ea verba accipi in sensu absoluto, perinde ac si conditio apposita non esset, ita vt ipsa nihil penitus operetur, quia semper pro matrimonio iudicandum est *d*, in quo cum animæ periculum vertatur, si fortè separentur qui legitime sunt coniuncti, eligit Ecclesia in dubio quod animæ tutius est, scilicet vt matrimonia sustineantur, quia (vt inquit Innocentius II l. e) *Satius est contra statuta hominum aliquos dimittere copulatos, quàm coniunctos legitime contra statuta domini separare.*

Et quamuis supradiçtæ rationes in vltimis voluntatibus cessantes illarum nullitati locum facere viderentur, ita vt pari passu cum contractibus in hoc ambularent; est tamen præter maximum illarum fauorem, de quo Paulus Iurisconsultus *f*, alia specialis ratio, cur per conditiones impossibiles non vitientur, sed reiectis illis dispositiones puræ & validæ

d c. si de sententia, & re iudicata.

e Innocentius II l. i. c. li.

cet ex quadam, de testibus. ita

Merina c. de

restit. q. 23. §.

respondeo,

saluo meliori

iudicio.

Spino in Speculo in Speculo

mentorum,

glossa 14.

principali,

n. 138.

f Paul. I. C.

in l. vel negat. off. que

admodum

testam. apertant. l. in testamentis, de

reg. iur.

validæ permaneant, quia cùm testamenta non duorum aut plarium placito, nec ex mutuis conventionibus, sed solius tantùm morituri verbis & voluntate perficiantur, si in eorum institutionibus aut legatis apponatur aliqua conditio, quæ natura, iure, vel factò impossibilis sit, ex errore potiùs scribentis, aut ex summa mentis perturbatione, quàm ex certo iudicio eam adiectam iuris Auctores interpretandum existimarunt, dissimulatione magis, quàm ex verbis coniecturam voluntatis capientes; nec verò simile voluere eo animo & iudicio talem conditionem adiecisse testatorem, ut in re tam graui, qualis est testamenti factio, qua nihil in actionibus humanis grauius esse proficetur Cicero *g*, ludere voluisset & iocari. Et quia credendum non est, ipsum sine testamento & hærede decedere *b* maluisse, quo nihil calamitosius & miserius hominibus accidere posse veteres iudicabant *i*. Vnde impossibilem conditionem vltimæ voluntati ascriptam mendum appellat Vlpianus *l*, *Sub impossibili (inquit) conditione, vel alio mendo, factam institutionem placet non vitari*. Sic enim legendum est ex Pandectis Florentinis, & non, *alio modo*, quod docet Duarenus *m*, & Cuiac. *n* sensit ponderando dictionem *alio*, quæ cùm sit similium repetitiua, apertè constat & conditionem impossibilem vltimæ dispositioni adiectam mendum existimari, eoque colore à Iurisperitis rejici in vltimis voluntatibus. Quæ quidem omnia locum non habent in conventionibus, cùm ex duorum

g Cicero. Philipp. 2.
b l. 3. vers. nec credendum, de milit. testam.
i l. vel negare, ff. quem admod. restam. apert. l. & quia, s. de interrogatoriis actio.
 prin. Inst. ad legem Falcid. §. 1. quibus ex causis manumit. nō licet, prin. vers. vnde, de hæred. qualis. & differ. §. ad hoc autem, de bono. posses.
 §. hoc refero, de eo emi liberat. causa bona ad dicuntur.
 l. Vlp. in l. de condit. institut.
 m. Daarenus in paraphrasi ad titulum de condit. instit. c. quæ conditiones, pag. 2.
 n. Cuiac. in l. impossibilis, 7. de verbos. oblig.

pluriumve mutuo iudicio proficiscantur, in quibus admitti non potest, ex errore fuisse adiectam conditionem, quam non esse exituram tam promittens, quam stipulator certò sciebant, ideòque ludere magis & iocari, quam obligationem contrahere creduntur cogitasse: neque tam præcipua videtur cogitatio testatoris, qui à nullo interrogatus vel admonitus illam adiecit conditionem, ut dispositio esset illusoria, quam quæ fit in conventionibus propter mutuam & reciprocam contrahentium interrogationem & responsionem, ut ex Marciano *p* facile colligitur.

el. non solum, s. t. de obligat. & actio.

p Marcianus in d. l. non solum.

* * *

CAPVT

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

De turpi conditione.

SVMMARIVM.

1. **T**urpis conditio ac impossibilis censetur, & ut ea, reiicienda favore nuptiarum, sicut etiam favore vltimarum voluntatum.
Turpis conditio ad delinquendam incitat, & explicantur verba Vlp. in l. 1. de condit. inst.
2. Turpis conditio de presenti vel praterito non reiicitur, & qua ratione.
Impossibilis conditio tam de presenti & praterito, quam de futuro semper reiicienda.
3. Turpes conditiones in contractibus, non reiiciuntur.
Ecclesia favore matrimonij, excludit conditiones turpes, & purum censetur matrimonium.
4. Conditio, si te virginem inuenero, à matrimonio, reiicienda, tanquam turpis & illicita.

CVM turpis conditio, vt testantur Dominicus Soto, & Gregorius Lupertius q, ac impossibilis censetur, nuptiarum etiam favore, sicut & vltimarum voluntatum r, simili modo quo impossibilis reiicienda est s, ex eo quòd ad peccandum, vel ali-quod turpe perpetrandum incitet; & hoc est quod Iurisconsultus r, sublatenter tamen, insinuat illis verbis, *Sub impossibili conditione, vel alio mendo*, sicut in Pandectis Florentinis legitur, quam lectionem te-

q Dominici Soto in 4. dist. 29. q. 2. art. 5. paulò post principum conclus. 1. Greg. Lup. in l. 6. verbo, *si fuerint* tit. 4. p. 1. reprehendenda, C. de infli. & sub- stitut. l. 3. tit. 4. p. 6. s. c. fin. de cõdit. apposit. s. l. C. in l. 1. de cõdit. infli.

nendam, & non, *alio modo*, supra diximus. Mendum autem idem est quod vitium, quasi dicat Iuriconsultus sub impossibili conditione de natura aut sub alia turpi inhonestave conceptam institutionem non vitari.

Ex quibus inferitur, conditionem turpem de presenti aut præterito, vt, *Contraho tecum, si Titium occideris*, non reiici, sed illa verificata, valere matrimonio, deficiente verò, nullum esse, quia non inuitat ad delinquendum, aut aliquid turpe faciendum, sed factum esse supponit, vt docet D. Thomas, & alij v. In quo hæc differt ab impossibili conditione, quæ siue de præsentis, vel præterito, siue de futuro apponatur, semper reiicienda est, quamuis per eam non inuitetur ad delinquendum, vt notat Couarruias, sequurus Paludanum x.

Nec etiam huiusmodi conditiones turpes ad delinquendum sunt indubitatiuæ, ideò reiiciendæ sunt in cæteris contractibus, in quibus non idem fauor qui in matrimonio consideratur, pro cuius conseruatione y eas non animo suspendendi adiectas fuisse in dubio præsumit Ecclesia, & ita purum & validum matrimonium esse z.

Vnde conditionem illam, *Contraho tecum matrimonium si te inuenero virginem*, reiiciendam esse tanquam turpem & illicitam, notat Bernardus a, quem Pannormitanus & Aretinus sequuntur.

CAPVT

v D. Thom.
in 4. dist. 19.
q. vnica. art.
3. q. uesti. i. c.
3. & ibi Pa-
lud. q. 1. art. 1.
n. 11. Adrian.
in 4. q. 3. de
matrim. dub.
9. §. respõdo
ad primom.
quod maior,
vers. ad ter-
tiu dico, Syl-
uest. ver. ma-
trim. 3. q. 1. in
fine, Couar.
c. 3. §. 2. n. 1. &
Greg. vbi su-
pra.
x Couar. &
Palud. vbi su-
y c. fin. de sé-
tentia, & te
indicata.
z c. fin. de eõ-
dit. appõsit.
a Bern. glos-
sa celebri.
verbo, præsu-
meod q. eltra
fin. in c. per-
tuz, de con-
dit. appõsit.
sequitur Pa-
normit. ibi,
Aretius
conf. 8a. n. 4.
vers. super
tertio verò
dubio.

CAPVT DECIMVMNONVM.

De matrimonio errore contracto.

SUMMARIVM.

1. **N**ihil consensui tam contrarium quàm error.
 Matrimonium ex errore personæ vel conditionis nullum, secus ex errore qualitatis vel fortune, & assignatur ratio.
2. Intellectus ad Alexand. Imperat. in l. cum proponas, C. de hered. insti.
3. Institutio monachi fugitiui, qui in habitu laicali existens laicus existimabatur, valida ex Paulo Castrensi.
4. Traditur vera resolutio ad questionem an qui compressam ab alio & vitiatam ducit uxorem, vel cum corrupta, ignorans sponsalia de presenti, contrahit, postmodum re comperta stare promissis cogatur?
 Maritus coniugem infidelem aut hereticam quam ignoranter duxit, non potest idcirco repudiare.
 Conditio, Duco te in uxorem, si te virginem inuenero, reiicienda tanquàm turpis & illicita remissiuè.
5. Referuntur verba Vlp. in l. si uxor, 13. §. fin. ff. de adulterijs.
6. Reprobatur opinio Thome Sanchez, & aliorum existimantium dissolui posse sponsalia de presenti, quando sponsus ignorans præcedentem sponsæ deflorationem, contraxit cum ea, existimans esse virginem.
7. Bona fidei contractus ex dolo dante causam contractui nullos esse.
 Nuptiæ ex dolo dante causam contractui an subsistant?
 Dolus

b Si per erro-
rem, de iu-
risdict. omu.

Iud. l. 2. in
prin. de iudi-
cis. l. alio-
quin, & con-
trah. empt. l.

cum testa-
mentis, l. non
idcirco, de

iuris & facti
ignozant. l.

ad probatio-
ne, c. de lo-
cato. c. 1. in

prin. 29. q. 1.
c. quamuis,
33. dist. no. c.

Couar. 2. p. c.
3 §. 7. in prin.
Greg. Lopez

in l. c. glof-
sa 2. tit. 2.

P. 4.

c. Gemma,
de spūal. cū

similibus,
sūcitaris.

d. c. 102. 16. de
spūal. c. pro-
posuit, c. ad

nostram, de
cōiug. seruo.

c. si quis in-
genus, &
per tot. 29.

q. 1. l. 1. tit.

27. 4.

c. Gratia. in c.

1. 29. q. 1.

Doctores

in c. quem-
admodū, de

Iurjuran.

Greg. in l.

20. per text.

ibi tit. 4. p. 4.

§ Vlp. in l. in

uenditionibus, 9. & in l. si quis suadum, 37. de contrahenda empte. / Bart. in l. demonstratio, n. 20. de condit. & demonstr. / Greg. in l. 3. glof. 10. col. 4. principum, tit. 15. p. 2. / Couar. ubi sup. Dominicus Soto in 4. Sententiarum, dist. 30. q. 1. art. 1. & dist. 35. q. vltima, art. 2. Corus in Iustre. cano. lib. 1. tit. 12. n. 41. / c. 29. q. 1. docent Baldus in l. cum Archimedes, c. 1. in posse legat. l. 2. in §. fuerat, n. 13. dicitur de actio.

§ Vlp. in l. in

uenditionibus, 9. & in l. si quis suadum, 37. de contrahenda empte. / Bart. in l. demonstratio, n. 20. de condit. & demonstr. / Greg. in l. 3. glof. 10. col. 4. principum, tit. 15. p. 2. / Couar. ubi sup. Dominicus Soto in 4. Sententiarum, dist. 30. q. 1. art. 1. & dist. 35. q. vltima, art. 2. Corus in Iustre. cano. lib. 1. tit. 12. n. 41. / c. 29. q. 1. docent Baldus in l. cum Archimedes, c. 1. in posse legat. l. 2. in §. fuerat, n. 13. dicitur de actio.

§ Vlp. in l. in

uenditionibus, 9. & in l. si quis suadum, 37. de contrahenda empte. / Bart. in l. demonstratio, n. 20. de condit. & demonstr. / Greg. in l. 3. glof. 10. col. 4. principum, tit. 15. p. 2. / Couar. ubi sup. Dominicus Soto in 4. Sententiarum, dist. 30. q. 1. art. 1. & dist. 35. q. vltima, art. 2. Corus in Iustre. cano. lib. 1. tit. 12. n. 41. / c. 29. q. 1. docent Baldus in l. cum Archimedes, c. 1. in posse legat. l. 2. in §. fuerat, n. 13. dicitur de actio.

§ Vlp. in l. in

uenditionibus, 9. & in l. si quis suadum, 37. de contrahenda empte. / Bart. in l. demonstratio, n. 20. de condit. & demonstr. / Greg. in l. 3. glof. 10. col. 4. principum, tit. 15. p. 2. / Couar. ubi sup. Dominicus Soto in 4. Sententiarum, dist. 30. q. 1. art. 1. & dist. 35. q. vltima, art. 2. Corus in Iustre. cano. lib. 1. tit. 12. n. 41. / c. 29. q. 1. docent Baldus in l. cum Archimedes, c. 1. in posse legat. l. 2. in §. fuerat, n. 13. dicitur de actio.

*Dolus mulieris virginitatem simulantis an impedit ma-
trimonium.*

*8. Traditur interpretatio ad Vlp. in l. exempto, 11. §. si quis
virginem, de actio. empti.*

*Matrimonij eadem qua libertatis, iurifurandi, atque
reliquarum rerum spiritualium conditio.*



M nihil consensui tam contrarium sit
quàm error *b*, si matrimonia, in quibus
liberrimus consensus desideratur *c*, erro-
re contrahantur, nullius momenti erunt *d*; quod ita
procedit, si talis error circa personam sit, vel condi-
tionem: secus enim obseruabitur si concurrat circa
qualitatem, vel fortunam, vt optimè Gratianus *e*
probat, & vltra Doctores *f*, Gregorius *g* docet.
Cuius discriminis ratio est, quòd cum error circa ea
quæ sunt de actus essentia cum impediatur, vt ex Vl-
piano *b* intendit Bartolus *i*, & sequitur Gregorius *l*,
is autem si sit personæ vel conditionis, in his con-
currere dicatur, quæ sunt de essentia matrimonij:
siquidem circa personas, & circa ipsam mutua &
liberam traditionem corporum contingit ex defe-
ctu consensus, matrimonium vitiabitur, docente
Couarruua, cum aliis *m*. Error verò qualitatis vel
fortunæ matrimonium non vitiatur, quia non tollit
consensum *n*, cum talis qualitas atque fortuna fa-
cilè possint intelligi, nec pertineant ad nuptiarum
substan-

substantiam; nec earum causa finalis, sed magis impulsiva sint, cum non ob dotem aut nobilitatem præcipuè contrahantur, sed absque illis adminiculis rectè consistant; qua deficiente, actus tamen seu contractus non deficiat p.

2 Hinc intelligitur Alexandri Imperatoris rescriptum q, ubi valet institutio serui, quem liberum testator putabat; quia error fuit in qualitate.

3 Ex quo infert Castrensis r, institutionem factam monacho fugitivo, qui in habitu laicali existens laicus existimabatur, ita valere ut monasterio acquiratur hæreditas, quia huiusmodi error, si Baldo & Iasoni s credimus, fuit qualitatis, & non personæ.

4 Vnde deducitur ad illam agitatam questionem, an qui compressam ab alio & vitiatam ducit uxorem, vel cum corrupta, ignorans sponsalia de præfenti, cõtrahit postmodum re comperta, stare promissis cogatur, & ad consummandum matrimonium deinceps urgeri possit? Longè verius esse non licere sponso ab hoc contractu resilire: nam cum sit de qualitate personæ error huiusmodi, qui minimè, ut diximus, consensum impedit, sibi potius imputare debet qui non diligentius antè sibi cauit atque prospexit, quàm ut pessimis exemplis coniugia rectè consummata retractentur. Et cum ex hac amissi pudoris causa non possit (secundum Molinam & alios r) sponsa sponsum repudiare, rationi congruè est, ut idem iuris admittat in uxore matitis, quod in se æquum putavit v. Nec si maritus coniugem hæreticam aut infidelè, aliòve animi inorbo, quem

r l. fin. C. de
donat. ante
nuptias.

p glossa ver-
bo, causam,
in l. i. ff. de
postulando.
Iarè Tirac-
in tract. de
cessante cau-
sa, reg. cessã-
te causa,
Greg. in l. i.
glossa 2. sic.
2. p. 1.

q Alex. Imp.
in l. cõ pro-
ponas, C. de
hæred. instit.
r Castrensis
in d. l. cõm
proponas,
n. 4.

s Baldo & post
eum Ias.
omniò vi-
dendus, in l.
caus. quam,
C. de hõci-
commissis.

r Molina
to. 2. de iust.
& iure, tract.
2. disput. c.
172. s. deinde
si mulieri.
Thom. San-
chez 1. rom.
de matrim.
lib. 2. disput.
64. n. 9.
v. toto tit. ff.
quod quisq;
iur. in ali.
stat. ipse cod.
iur. vtatur.

M

x. ex parte,
 24. de con-
 uent. cōtra-
 c. 1. de diuor-
 tiis, l. vit. vbi
 glossa verbo,
 abotio, C. de
 repudiis, cū
 ibi allegatis.
 y. D. Paul. 1.
 ad Corint. 7.
 z. Bernard.
 glossa cele-
 bri verbo,
 presumēdi,
 circa finem,
 in c. per tuas,
 6. de cond.
 apposit.
 a. Pamos. in
 d. c. per tuos,
 Aretinus,
 cons. 22. n. 4.
 verū super
 tertio vero
 dubio.
 b. c. fin. de
 cond. appo-
 sitis.
 c. l. 7. vbi Do-
 ctōres, ff. de
 eert. petar.
 d. Doctōres
 in e. q. ad-
 modum, de
 iureiuran.
 e. Floccinus
 3. p. tit. 1. c. 2.
 §. 1. Cucus in
 Ioffi. Canon.
 lib. 5. tit. 12.
 no. 43. Vera
 Cux in Spe-
 culo coniu-
 gior. 1. p. arc.
 28. Nauar. in
 Manuali, c.
 22. n. 32.
 f. Gratianus,
 in c. 1. in hoc,
 29 q. 1. Greg.
 in l. 10. per
 terum ibi,
 tit. 1. p. 4. g. Vlpian. l. 6. vxor. 13 §. 6. ff. ad legem Iuliam. de adult. & Thom. Sanchez. tom. 1. de matri-
 lib. 1. ad p. 63. n. 3. & Vlpian. d. §. 6. l. 6. vxor. / Caius in l. de precio, §. ff. de Publiciana in rem actio.

